



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

Elegia II. Cupidines in myrteto Amorum Magdalenae insidias struunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Dona, vel infidis lege mista pericula donis;  
Hinc luctum, inde leges gaudia, utrumque  
necem.

## ELEGIA III.

*Cupidines in myrteto Amorum MAG-*  
*DALENÆ infidias struunt.*

LUX erat, argenteis cui flamma coruscat ab  
armis,  
Quâ vibrat infestâ tela Cupido manu.  
Hic vbi celsa leues posuere cubilia fratres,  
Maternâ in siluâ queis torus arbor erit,  
Myrtus amœna viret, Soly mæ laus inclyta siluæ:  
Hospita silua lupis, myrtus amœna viret.  
Hic omni folio, folijque sub omnibus vmbbris,  
Ludit in arboreis turba petulca comis:  
Et tremulâ pennâ leue palpitat agmen Amo-  
rum,  
Quos parit è conchâ Cypride spuma sali.  
Hic fundit socio mistas cum baccare baccas,  
Idalioque pluit munera lecta solo.  
Pars violis sua tela, crocoque, rosisque coronat:  
Pars fera miscet apum spicula tincta fauo.  
Pars laqueos tenui textos de vellere spargit:  
Aurea mala cauo grandinat ille sinu.  
Pars memori sculpit victurum in cortice nomen,  
Sera diu ut viridem Magdalalin hora legat.  
Forsan & ora proci iungit, sponsive figuram;  
Alter ut alterius ducat ab igne facem.  
Est & Acidalio qui tela minatus ab arcu,  
Sæua sagittiferas vertat in arma manus.

A 5

Hie

IO BALDVINI CABILLAVI LIBERT.

Hic pluit Eois intexta monilia gemmis,  
Ast alibi mortis tela Cupido ferit.  
Forsitan his vrit iam Magdalin ille sagittis,  
Forsitan auratâ compede dulcè rapit:  
Ignaramque doli cæcis, heu! occupat armis  
Sons Amor, & sonti natus Amore furor.  
Et certè myrti passim insidiante sub ymbrâ,  
Ceu scopus his iaculis obuius, illa sedet.  
Cypris enim diro iucunda pericula ludo  
Ludere docta, nocens vulnera mille serit:  
Igneaque vrendis desigit tela medullis,  
Sed quibus vda mero cuspis, & vncta fauo est.  
Seu potius dulci mors armat acerba veneno,  
Vnde rapit præceps error, & ardor edit.  
Sic propior propiorque nigro desidit Auerno,  
Cui flammat teneras Cypris arundo fibras.

### ELEGIA III.

*Amorum infidiae.*

PROPTER aquæ riuum myrti frondente  
theatro,  
Dum sedet arcani nescia Nympha doli,  
Et speculi mimo meditatur in æquore vultum,  
Arridet nitidâ fronte polita Charis.  
Hæc inter tremulis chorus ales oberrat in alis,  
Alternâque redux fraude recursat Amor:  
Et micat articulis, trepidâque loquacia carpit  
Fila manu, & surdas erudit arte lyras.  
Tale Si non infidus Amor dat ab arbore signum,  
Et piceâ è taxo flammat, agitque facem.  
Quin etiam aëriâ mors ardua de cypariso

In to-